



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Oldus , sive Oltus, sive Olitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

modum altus, & propter rapiditatem formidabilis. Satis piscium habet, maximèque tructarum. Et alius omnis non dissimilis nomine supra Castrum novum Arrii.

GARUMNA. N.A.

Oldus, sive Oltus, sive Oltis. Le Lot,

OLDUS à montibus Cevennicis, non ut Lurbeus putavit, iuxta oppidum S. Flori, quod quidam, ut ipse ait, Gergoviam Cæsaris imperiti fuisse perhibent, scaturiens, continuo cursu Ruthenos à Cadurcis dividit; inde relictis à tergo Petrocoriis, Aginnates Nitiobrigum intersecans, à Garumna tandem excipitur, ortus in Gabalis tribus à Mimate miliaribus in vico Olleto, aut paulò supra, sed ab eodem Olleto rivulus fluens in eam decurrit. Mimate autem sita est in profunda valle & flumen distat ab ea quantum sclopeti ictus ferre potest & à Losera altissimo monte Gabalorum non longiùs abest dimidia leuca. Planicies vallis in milliario

GA-
RVM-
NA.

472 Pap. Mass. descr. Francia
extenditur, abestque Mimata ab A-
vicio duodecim milliaribus, à Ru-
thenis totidem, à S. Floro tantum-
dem.

Theodulphus Aurelianensis Epi-
scopus, virque doctus, de Carolo
magno loquens sic ait:

*Cui parent Walis, Rhodanus, Mosā,
Rhenus, & Oenus,*

*Séquana, Wisurgis, Guarda, Ga-
rumna, Padus,*

*Mosella, Liger, Wulturnus, Ma-
trona, Ledus,*

*Ister, Atax, Gabalus, Olitis, Al-
bis, Arar.*

Hæc in Parænesi ad Iudices data
memoriæ mandavit.

Primum igitur à *Boilaco* oppido,
cujus mœnia lambit nobile & anti-
quum naturâ loci egregiè munitum
oppidum, *Uxellodunum* in eodem
Cadurcorum agro positum, veluti
ex inferiori loco salutatur. A prima-
ria Cadurcorum vrbe, quæ *Du-
cona* à Ptolomeo dicitur, situm
est *Uxellodunum*, à qua septem
tantum leucis distat, quod nunc
Podium Xolduni, quæ vox in edi-
tum collem significat, & vitibus

*Uxeldū
dit le
Pen.*

GAL-
RVM-
NA.

constitutum, quo Franciscus Roal-
des Cadurcensis Academiae præ-
clarum decus deduxit Petrum Pi-
thoeum Tricassinum, tunc studio-
sum iuris, & mihi postea amicum.
Nunc autem Castellum Uxellodu-
num appellatur *Cadenatum*. Fons,
cuius Cæsar memini, tibi adhuc visi-
tur: visuntur & ruinæ veteres in lo-
co Uxelduno ab accolis, qui Cade-
nato penè contiguus est. In libro
8. Auli Hircii Derelictorum à Caio
Julio Cæsare de bello Gallico hæc
reperio: *Cum*, inquit, *contra ex-*
pectationem omnium Cæsar Uxel-
lodunum venisset, oppidumque ope-
ribus clausum animadverteret, ne-
que ab oppugnatione recedi videret
vlla conditione posse, magna autem
copia frumenti abundans oppi-
danos ex perfugis cognosceret, a-
qua prohibere hostem tentare cœpit.
Flumen infimam valem dividebat,
quod pene totum montem cingebat, in
quo positum erat præruptum undique
oppidum Uxellodunum. Hoc avertere
loci natura prohibebat; in infimis
enim sic radicibus montis ferebatur,
ut nullam in partem depressis fossis

Scr. Francia
Mimate ab A
iaribus, à Ru
Floro tantum
elianensis Epi-
us, de Carolo
it:
odanus, Mosa
nus,
, Guarda, Ga
ulturnus, Ma
lus, Olivis, Al
Judices data
oilaco oppido,
mobile & anti-
egie munitum
um in eodem
positum, veluti
at. A prima-
e, quæ Du-
citur, situm
qua septem
, quod nunc
e vox in edi-
t, & vitibus

474 Pap. Mass. descr. Francia
GARVM derivari posset. Erat autem oppidanis
NA. difficilis & præruptus eo descensus, ut
prohibentibus nostris, sine vulneribus
ac periculo vita neque adire flumen,
neque arduo se recipere possent ascen-
su. Pluribusque de reliqua obsidio-
ne interpositis, cum Cæsar omnes
& militaris scientiæ labore atque
operibus locorum vidisset difficul-
tates, tandem necessitate coacti ei
se dederant, armatisque Cæsar, ut
testatus esset pœna improborum,
manus præcidit, vitam reliquit.
De fonte autem ait: Ad postremum
cuniculis vene fontis intercisa sunt
atque aversa, quo facto repente pe-
rennis exaruit fons. Ab Uxelloduno
Oldus post aliquot arces & viculos
Cahors. Cadurcum Cadurcorum in Aquitania prima Metropolim perlabi-
tur. In iisdem Cadurcis leuca vna
Martelli oppidum distat à Podio
Uxelduni. De quo referendum
etiam existimo hunc Eutropii locum:
Uxellodunum oppidum in editissima
montis arce pendeat, duabus partibus
per abrupta latera cum parvo flumi-
ne augebatur, medio deinde descensu
largissimo fonte. In vrbe ipsa Cadur-

corum locus est qui appellatur vul- GARVM:
 gò las Cadurcas, vbi visuntur vesti- NA.
 gia aquæductuum, & rupes per-
 foratæ, ruderaque excellentis am-
 phiteatri. Epistolam Desiderii Ca-
 durcensis Episcopi ad Cæsariū etiam
 Episcopum extare scio in hunc mo-
 dum: Credo quòd nec vos lateat qua-
 lem egestatem de aqua, quam fons præ-
 beat in hac Cadurcina civitate, habe-
 mus. Sed voluntas nobis inest ut per
 tubos ligneos subterraneo officio ad ip-
 sam civitatem aquam ducere debea-
 mus. Proinde quia novimus quod peri-
 tos ex hoc artifices haberes, precamur
 ut compendium de ipsis faciatis. Agat
 Apostolica Dignatio vestra taliter tam-
 de præclara monitione, quàm & de
 ultima suggestione, sicut nos in omni-
 bus efficaciter de parte vestra confidi-
 mus. Incolumen Pontificatum vestrum
 divina Pietas custodiat. In ea Martia-
 lem Apostolum Aquitanum prima
 religionis Christianæ fundamenta
 iecisse literarum monumentis pro-
 ditum est, sedisque Cadurcinæ
 meminit Ausonius in professori-
 bus Burdigalensibus. Ante autem
 urbis mœnia Oldus ipse trajicitur

GA-
RVM-
NA.

476 *Pap. Mass. descr. Francia*
tribus lapideis pontibus, nec naviga-
giorum patiens est, quia obstant ru-
pes & saxa ingentia navigationis
cursum impediunt. Et hoc qui-
dem flumen Cadurcum alluit, pi-
scium non admodum ferax, nutrit
barbatulos, lucium nec ullum qui-
dem habet, nec aliam causam ae-
colæ proferre solent, quàm inter-
dicto Ambrosii Cadurcensis Epi-
scopi sancti viri id factum, cum
luciorum piscationem vetuisset
quasi sibi minimè placentem: quod
fabulosum putarim. Cùm verò
Oldus Gabalis fluat, anno 1566.
alta rupes prope Pomerolium in
ejus alveum decidit, ac viginti
quatuor horas cursum fluminis im-
pediuit, extinctis piscibus, erupit
tandem miraculo omnium gen-
tium, à partibus illis, de quibus
diximus, arces & Castella *Bassum*
& *Anglarum* percurrens, duo op-
pida non longè distita. Hinc trans-
missis Cadurcis per Aginnatum
agros intra suas depressus ripas,
& cum asperis cautibus colluctans
primò *Fumellum* oppidum & ar-
cem suis fluctibus transmeat: dein

Bas.
An-
glar.

r. Francia
as, nec navi-
ia obstant ru-
navigationis
Et hoc qui-
um alluit, pi-
ferax, nutrit
ec vllum qui-
causam ac-
quam inter-
rcensis Epi-
ctum, cum
m vetuisset
entem: quod
Cum vero
anno 1566.
merolium in
, ac viginti
fluminis im-
ibus, erupit
anium gen-
, de quibus
tella Bassum
ens, duo op-
. Hinc trans-
Aginnatum
cessus ripas,
is colluctans
idum & ar-
smeat: deia

per Flumina. 477

Munsempranum Prioratu opulento GA-
insigne, & continuo cursu *Lustra-* RVM-
cium, & *Ferrassonium* antiquas NA.
familiae *Lustracensis* arces, nunc
Regulorum Calmuntiorum patri-
monium, stringit. Exin *Penna* vr-
bis Regiae radices loco editissimo
situ perlustrat. In ea, arx est ope-
re & situ pene inexpugnabilis quae
tamen saevientibus primis in Gal-
lia bellis civilibus, à *Buria* & *Mon-*
lucio Aquitaniae proregibus expu-
gnata, & ferè solo aequata est.
Porro *Oldus* post aliquot millia-
ria *Villamnovam* alteram ab *Agin-*
no Provinciae Aginnensis urbem
alluit, eamque medius interscin-
dit: ejus urbis fertiles campi tan-
ta frugum vbertate redundant, ut
verè horreum totius provinciae ap-
pellari possit. Supra hoc oppidum,
lintrium & *lemborum* tantum ca-
pax, infra etiam navigiorum, qui-
bus merces *Burdigalam* cum ma-
ximo incolarum commode im- *Casse.*
portantur. Hinc *Cassinogilum* so- *neil,*
li non infeliciore succedit, & *Sain-*
proximè *S. Liberata*, frugum *re.*
& commerciorum prae potens. *Livra-*
do.

GA.
RVM-
NA.
Fon-
grave.
Castel-
mau-
ron.
Cley.
rac.
Aguil-
lon.

Ambiunt utramque ripam vitiferi colles, quandiu suis aquis fertur. In maius tandem exiens spatium, *Fongravam* populosum vicum & Cœnobio virginum *Fontis Ebraldi* clarum, & ab hoc *Maurum Castellum*, mox quasi in ipso *Garumnæ* conspectu *Cleyracum* oppidum munitissimum & peropulenta *Benedictinorum* Cœnobiarchia, tum pluribus moletrinis insigne subit. Denique & intra vnum milliaria lava *Eguillionum* oppidum pertinens, *Garumnæ* fluentis immergi properat, positoque nominis fastigio, sub appellatione *Garumnæ* excurrit.

